



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Stoliditatis ludibrium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**N**Equè absurdum est significatum illud, quod ex vulgi proverbio desumptum est, cum præclare venusteque aliquid inchoatum cito deseritur, currentem Asinum pingere. In ore enim omnium est, Asini succussionem parum admodum procedere. Sane legas apud Ælianum, Asinos, eos præcipuè qui sunt in Mauritania, citatissimo gradu cursum inchoare, parvoque confecto itinere cito deficere, unde necesse sit eos ad Equos alligatos resti attrahere. Hinc Triguus Aristophanicus suum illum scarabeum Asinum appellat: monens scilicet, ne cursu nimium perniciam aspiciatur, sed paulatim & sensim volet, ut labori sufficere possit, quod longe fecius accidit in Indicis, qui quidem, ut idem Ælianus auctor est, cum iter arripiunt, tardius incedunt, paulatimque progrediendo feruntur incitatus, rapidissimeque gradiuntur.

STOLIDITATIS LUDIBRIUM. CAP. VII.

**T**ot autem ea sunt quæ de Asinorum stoliditate traduntur, ut subinde sit ad eam redeundum, quam si apertius Ægyptii describere voluissent, animal omnium maxime docile deligebant, Si miarum quippe gregem inter quas Asinum vel saltare, vel tibiis canere, vel etiam disceptare fingebant: rem quidem tam dictu quam spectatu ridiculam, sed quæ in secessu pondus habeat.

INDOCILITAS. CAP. VIII.

**A**liter frantum Asinum in huiusmodi significatum proponebant, quippe quod animal sit minus idoneum ad discendum. Unde Horatius,

Serm. lib. 1. Sat. 1.

*Infelix operam perdat, ut si quis asillum  
In campum doceat parentem currere franis.*

Unde etiam Mathematici eum qui ortu suo sextumdecimum Leonis gradum sortitus sit, indocilem futurum præ sagientes, frantum Asinum tunc oriri fingunt: irritam eo modo institutionem futuram indicantes. Est Apud Platonem Legum III. juxta finem, proverbium, *Ab Asino excuti*, de iis qui graui & magna vel difficilia professi, ab incepto turpiter desistunt. Sedenim miror, unde Grammaticus quidam adductus sit, ut Platonis proverbium hoc ita sit interpretatus. ut de iis dictum voluerit, qui relictiis voluptatibus & inquinamentis quibuslibet voluptificis & belluinis (hæc enim ejus verba sunt) ad meliorem mentem regrediuntur, cui quid aliud respondeam, quam ut ipsius Platonis verba subjiciam? τὴν δὲ τῶν ἡμῶν ἀνὰ χεῖρ ἐλέχθη, δὲν Φδιναῖ) ἐμοῖς, ὁ δὲν περὶ ἵππων ἔλεγε ἀναλυεῖσθαι, καὶ μὴ καθάπερ ἀχάδων κευτημένων τὸ σωματικὸν ἀπὸ τοῦ λόγου Φερβύλλον κτ' ἔπειτα μίαν, ἀπὸ τῆς ὄντος πείσει. Cujus vero rei gratia hæc dixerimus, mibi ostendendum est, ornium, ἵππῳ tamquam Equus hinc atq, inde coercenda, ne effranum veluti os natia, ipsoq, dicendi impetu provellet, ut proverbium est, *ab Asino quopiam excidat*. Sed cum is & hic, & alibi sæpe cadat ab Asino, in luto hominem hæstare permittamus, neque tollere rursus fractum crure Planum procuremus. Id vero eo magis indignè ferendum, quod testimonium sibi accersit ex Evangelica lectione, quam supra citavimus, ubi Servator noster Asinæ pullum obequitat, neque intelligit longe aliud esse, invecari. Melio in urbem Hierosolymam, aliud ab Asino excuti, vel mente alienari, nam & jocus ex locutionis enunciatae ambiguo resultat, cum ἀπὸ ὄντος etiam ἀπὸ ὄντος, sonare videatur,

Proverbi- um ex Platonem.

IRRISIO. CAP. IX.

**U**T vero reliqua prosequamur: est irrisiois indicium Asinus, propterea quod rictu labiisque late diductis, dentibusque deformiter denudatis irridere videatur. Quin, & qui aliquem deludunt, appressa ad aures manu asininas auriculas imitantur, unde Persianum illud in huiusmodi derisionem, *Auriculas Asini quis non habet?* Sane Diogenes cum ei quidam dicere, *Multi te derident: Et illos, inquit, forassis Asini.* Altero subjiciente, *Sed illi non curant Asinos, At neg, ego illos, inquit:*

Verfi Diogenis derisum.



SOPHI-